FLORA.

№ 21.

Regensburg. Ausgegeben den 14. August. **1863.**

Inhalt. W. Nylander: Sphaeriae quaedam Scandinavicae novae. — Vegetationsbilder aus Newfoundland. — Litteratur. — Kryptogamischer Reiseverein. — Personalnachrichten. — Verzeichniss der im J. 1863 für die Sammlungen der kgl. bot. Gesellschaft eingegangenen Beiträge. — Anzeigen.

W. Nylander: Sphaeriae quaedam Scandinavicae novae.

1. *Sphaeria vicinula* Nyl. — Affinis *Sph. millepunctatae* Grev. [1]), sed perithecia parte supera vix vel parum prominula et elevatione corticis sat distincta (albido-cinerascente) insidentia; sporae fuscae oblongae aut ellipsoideae rectae, longit. 0,009—0,014 millim., crassit. 0,0045—0,0065 millim. — Kola in Lapponia orientali, ad corticem salicis (P. A. Karsten et N. J. Fellmann.)

2. *Sphaeria pruniformis* Nyl. — Comparanda cum *Sph. dispersella* Nyl. Hb. Mus. Fenn. p. 112 [2]), sed apotheciis paullo majoribus (latit. fere 0,5 millim.) magis prominulis, saepe tuberculiformibus vel ovoideo-prominulis (basi parum lata adnatis), epithecio saepius haud distincto; sporae fuscae oblongae 7-septatae (accedente adhuc uno alterove septulo longitudinali), longit. 0,024—27 millim., crassit. 0,011 millim. — Sat sparse crescens ad corticem populi lecta prope Soukelo (latit. 67°) in Lapponia orientali (N. J. Fellmann.)

1) In *Sphaeria millepunctata* Grev. sporae sunt incolores vel subincolores oblongae (saepe curvulae, longit. 0,008—0,012 millim., thecae et paraphyses tenerae.

2) Eandem *(dispersellam)* legit ad populos in Finnlandia boreali Dr. P. A. Karsten) Cf. *Sph. spermoides* Curr. Sphaer. p. 318, t. 57, f. 37.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr05978-0323-3

3. *Sphaeria sorbina* Nyl. — Similis *Sph. spermoidi* Hffm. sed sporis majoribus (oblongis vel oblongo-cylindraceis simplicibus, longit. 0,032—48 millim., crassit. 0,007—9 millim.), paraphysibus sat confertis teneris (crassit. circiter 0,0025 millim.) — Ad ramos *Sorbi aucupariae* prope Helsingfors [1]), fine mensis Martii 1863, sub epidermide et circa stroma *Sphaeriae Sorbi* Schmidt. diffusum (interdum latitudine pollicari et ultra). Sporae omnino sicut in *Sph. ovina* Pers. (Curr. Sphaer. in Linn. Trans. 1859. t. 57, f. 16), saepe quasi vacuolo (ut dicunt) vesiculoso medio. Perithecium fusconigrum vel nigrum, interdum in statu vivo olivaceo-nigricans. Subiculum concolor nigricans tenue aut obsoletum. In *Sph. spermoide* Hoffm. affini sporae longit. 0,020—30 millim., crassit. 0,0045—0,0065 millim., haud raro quasi spurie 1-septatae.

4. *Sphaeria dacrymycella* Nyl. (Nectria.) — Apothecia (perithecia) aurantiaco-lutea subtremelloidea minuta (latit. circiter 0,2 mill. vel pauxillum ultra) hemisphaerica prominula, apice depressiuscula; sporae 8nae fusiformes, tenuiter 1-septatae, longit. 0,016—18 millim., crassit. 0,004—5 millim., paraphyses propriae nullae. — Ad caules Urticae in Tavastia Finlandiae (P. A. Karsten). Non confundatur cum *Peziza fusarioide* Brk., quae epithecium habet discoideum (est Discomyces) depressum, thalamium paraphysibus praeditum (datur in Desmaz. Cr. Fr. N°. 1063); sporae ambabus sat similes. Apothecia juvenilia *dacrymycellae* omnino innata, deinde denudata.

Corrigenda.

Pag. 307 letzte Zeile steht „nic" statt nec, „ullo" statt ulla
„ 308 Zeile 1 steht „et" statt e.
„ „ „ 19 steht „germinativum" statt germinativam.
„ „ „ 21 steht „studium" statt stadium.

---

1) Notandum est *Sphaeriam Laburni* Pers. in Finlandia meridionali sat frequenter mense Novembri et ineunte vere inveni ad ramulos dejectos *Sorbi aucupariae*. Sporae ei fuscescentes 5—7-septatae (et aliquoties longitudinaliter divisae), longit. 0,023—0,034 millim., crassit. 0,010—14 millim.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05978-0324-9

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1863

Band/Volume: 46

Autor(en)/Author(s): Nylander William

Artikel/Article: Sphaeriae quaedam Scandinavicae novae 321-322